Quare sequitur quod appetere {credulitas / gloria / divitias / voluptates / etc.} et istas petere: videlicet non est [illegible]: Et ita tentat deus in petitione sua etc. Maxime quia ex pertinacia et certa spe fit. Quia bonitatem dei suspicium: et tamen voluntate cum re. Quid enim aliud quam [illegible] regere est vel tentare an sit et videat?

Et transtulit austrum de celo: et induxit in virtute sua Africum.
Non placet hoc loco Lyre et Stapulensis glosa. Quia alius sit auster et Africus aut certe quod unus sit per plurium nominum et alter additum. Nec videntur eorum [illegible]. Quia Africus alius ab occidente. auster autem a meridie fluat: Quia [illegible] auster flasse nihil contribuisset volucres: ergo fuit vox diversi nominis. Que sedens Aug. et Cassio: sequendo [illegible]: eandem sententiam [illegible] in isto psalmo ut frequens est mos Scrip. Est ergo sensus. De celo scilicet aereo transtulit scilicet ad eorum castra declinare austrum. Et in virtute sua: quia mirabilis fuit et non opus humanum aut naturale induxit Africum.

Et pluit super eos sicut pulverem carnes: et sicut harenam maris volatilia pennata. Que ista sint dictis patent. Quia per ventos istos significantur spiritus qui inflaverunt tales doctores eorum [illegible] quos deus in ira sua in illos transfert. Sic ait Apostolus. Mittet illis deus operationem erroris. Et 4 Re. [illegible] Michaias spiritum [illegible]. Quo deus spiritum mendacem misit in os omnium prophetarum Achab. Et aliud nota. Quia hic locus dicit venti [illegible] significare videtur. Hoc non est a deo. Sed de celo a spiritu libris [illegible] in celestibus. Non spiritus dei in [illegible] non [illegible] loco. Sed dicitur. Qui profert ventos de thesauris suis (i. occultis) et in novis bibliis loco. Et Joh. 3. Nescis unde veniat aut quo vadat. Quare illi hic austrum de celo. Tamen hoc forte non [illegible] quia Act. 2. venit sonus de celo etc. Secundum sit hic. Auster significat fervidum spiritum huius mundi et carnis: Iudei in cupiditate [illegible] et carnem pluunt super castra sua. Nec hoc frustra addit propheta sicut pulverem et sicut arenam maris. Non [illegible] dicere: sicut stellas aut grana. Ut videret illorum doctrinam esse sterilem. ut sequens arenam et pulverem seminaret: ita nihil ubi gignunt spirituales fructus. Sed tantum generant sterilia corda, sterili semine. Christi autem doctrina stelle et grana sunt ut alibi.

Et ceciderunt in medio castrorum eorum circa tabernacula eorum.
Que dicta sunt volatilia superdictum est. Cur autem pennata? Forte propter velocitatem et levitatem. Quia velocius ista [illegible] ab illis: quam verum salutis: et facilius et levius ea per ferre [illegible]. Ulterius vide. Ista volatilia cadunt in medio castrorum eorum. Manna autem extra castra iacens [illegible]: ad quod colligendum egredi oportuit populum. Hec autem manent et in medium illorum cadunt sua sponte. Quid hoc? Nisi quia dogmata [illegible] et [illegible]: sicut hominum in carne manere. Et non faciunt exire extra castra portare improperium crucis Christi.

[illegible marginal note]